

Putas solum modo quod queritur. & omnibus notum facere peccatum
& curationem suam non. sed qui dicit. ego dicam. sicut enim audistis
quoniam penitentiam multam & magnam habet remissionem. & grandem
nobis providet apud deum fiduciam. sic & illud necessarium est uos audire.
quia non solum penitentiam putat sibi sufficere. sed formidat & tre-
mit. ne in talibus deinceps incidat malis. Uolo ergo ostendere. quod
psalmus non tantum peccatorem demonstrat. sed & penitentem.
& hoc caritatis uerbo dico. ut nemo sibi post penitentiam adplaudat.
& quasi securus remissius uiuat. sed magis cautius agat. ut salutem
suam in portu tranquillitatis construat. Uolo igitur ostendere
eum quoniam sanatus est. & melior sui factus. & potentior & fortior.
sed forsitan dicit. Quomodo denuo desiderans inuenitur. & te-
rum pugna. iterum peccatum. sed quem admodum emendauerit.
& desiderium suum deo obtulerit & ponam. Contragit quodam
in tempore ab allophylis obsidere bethlem. cum castra posuissent
in ualle gigantum. Quod cum audisset dauid. contraxit exercitum
suum. & ueniebat contra eos in diebus messis. Desiderauit autem
dauid. & ait. Quis mihi daret potum aquae decisterne quae est in beth-
lem iuxta portam. Inruperunt ergo tres uiri fortes de comitibus
eius contra philistinorum qui uallauerant urbem. & auferunt
aquam decisterne bethleem quae est iuxta portam. & adulerunt
ad dauid. & ille noluit bibere. sed libauit illam domino dicens Propi-
tius mihi sit dominus. ne faciam hoc. Num sanguinem hominum isto-
rum qui profecti sunt. & animarum periculum bibam. Noluit
ergo bibere. Iterum pugna cogitationum. iterum disceptatio.